

Samuel Bohl Jacob Sommerfeld

Disputatio ... Pro Formali Eruendo Primum in explicatione Scripturae Sacrae ...

12 :

Rostochi[i]: Kilius, 1637

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn770606431>

Band (Druck) Freier  Zugang



- Vert.:
- ① G. Kriestepeter
 - ② J. Wregius
 - ③ J. Perücke
 - ④ P. Sagst wies
 - ⑤ J. Kumpelme
 - ⑥ Ch. Wrinwies
 - ⑦ A. Könnich
 - ⑧ A. Kasdorp
 - ⑨ B. Kasdoff
 - ⑩ K. Boemer dries
 - ⑪ Ch. Jordanus
 - ⑫ J. Sonnenfeldt
 - ⑬ Ph. Hartmannus

Sam. Bohl.
R. U. theol. 1637. 38.

DISPUTATIO DUODECIMA 34

PROFORMALI

ERVENDO PRIMVM

in explicatione

SCRIPTVRÆ SACRÆ

Quam

D. O. M. A.

PRÆSIDE

M. SAMUEL BOHL

Gryphenberg. Pomeran.

*In Academia Rostochiensis publico Doctorum
examine subijcitur*

JACOBUS Commerfeldt

Dömizio-Megapol.


*Habebitur in Auditorio majori ad diem 13. Decemb.
horis antemeridianis.*



ROSTOCHJ,

Literis NICOLAI KILII, Academ. Typogr.

ANNO M. DC. XXXVII



34

PROFORMALI

ERVENDO PRIMVM

in explanatione

SCRIPTURAE SACRAE

Quarta

D. O. M. A.

PRÆSIDE

M. SAMUEL BOHL

Gyphenberg. Pomoran.

In Academia Rostochensi publico Doctore

JACOBUS Sommerfeldt

Domino-Magistro

habilitatus in Auditorio majori ad diem 13. Decemb.

Rostoch

Rostoch

LEON. NICOLAUS KILL. Acad.

Anno M. DC. XXXVII



I.



T sine proœmio nos ad disputatio-
nem 12. convertamus, ecce sese nobis offert vox
וַי/ cuius formale dico consistere in *obliqui-
tate*, quod est, quando aliquis se flexit ab aliquo
ad aliquid, & ita proprie deflexus fuit. Forma
hæc expresse continetur in Psalmo quodam,
cum David de se dicit וַיִּשְׁתַּחֲוֶה: Sic in Esaia וַיִּעַן &c.

2. Materialis significatio est iniquè, perversè egit, quomodo
autem redigatur ad formam, satis notum est. Exemplum autem
significationis nobis exhibet Mamucan: Non tantum inquit, per-
versè egit Vasti Regina contra Regem, sed & contra Principes, &
omnes populos. Ita Daniel dicit Cap. 9. וַיִּפְּרֹשׁ perversè egimus,
nam qui perversè agit, ille defleat suas actiones à bono ad malum.

a. Nomina quæ hinc descendunt cum forma, optimè quadrant.
Nam quæ Docti ex ista voce formant, rectè ad formam applicare
volo, ut cum in oratione nona Esaiana de errore dicitur, quod
וַיִּעַן רַחֵם כָּךְ miscuerit Spiritum perversitatum, Lutherus
Schwindelgeist inter Principes Zoan & Noph, ut cum Ægypto er-
rate faciant angulum tribuni ejus & Regem & populum, ubi sane
Schwindelgeist denominationem suam habet à forma, quam mo-
do proposui, quia tuac defleantur etiam sapientissimorum con-
silia, ut fiant bruta, prudentissimorum, ut fiant deliria, sicut id ex
Ducibus Noph & Zoan & post illos in multis aliis consiliariis ter-
raz est verificatum.

3. Si etiam וַי acervus ex hac forma descendat, omnino etiam
cum ea conveniat necesse est. Sic scriptum est in Psalmo 79. Po-
suerunt Jerusalem וַיִּלְעוּ in acervos, quia ruina lapidum & acer-
vus nihil aliud est, quam deflexio a edificiorum ex loco suo antiquo
ad terram &c. Imprimis autem noto sub hac voce וַיִּלְעוּ nomen si-
gnificans

gnificans perversitatem, & frequentissimè in Sacra scriptura occurrit, de qua significatione & multis exemplis, cum nimis obvia sint, parum sum sollicitus.

4. Unicum autem memovet, quod plura de hac voce agam. Legi nuper in lege Moisis de Aharone quod debeat ferre **וַי** iniquitatem sanctuarii, ita & iniquitatem Sacerdotii: Hærebam primum, & non satis capiebam, quid sibi vellent verba illa inusitata, incidebat, phrasi notarent idem, quod sustentari de oblationibus factis pro peccato. Phrasis autem videbatur esse insolens, cum meminerim, quod cum **וַי** vox **נָשָׂא** soleat sumi pro remissione ut Num. 13. Cui opponitur in Esaia **וַיִּשְׁמַע** populus cui peccata sunt remissa. Tentabam ergo sumere vocem **וַי** in significatione alia, quæ quamvis videatur nova, tamen hic proponam, ut Docti censeant, num queat consistere. Puto Num. 14. Ferre peccatum sanctuarii idem esse, quod facere opera, quæ in sanctuario ab hominibus perfici debent. Ita liberor à multis difficultatibus, nam peccata ferre sanctuarii, videtur inextricabile dictum, quamvis non negem, alios qui ad proprietatem sermonis parum respiciunt, facile viam elabendi invenire. Probo autem meam sententiam primo exinde, quia **וַי** ut significans opus, optime cum forma, cum quæ eandem habet radicalem, convenit, nam **וַי** dico notare opus speciale, quia, qui operatur, debet deflectere sese ab aliis rebus ad id, quod agere solitus est, vel alias agit, Et notandum simul est, quod, sicuti magis in malam partem sumi deprehendimus hanc radicem, ita etiam opus in sanctuario & toto sacerdotio ob malum humanum erat institutum, adeo, ut si libere loquendum esset, **וַי** rem pro peccato non immerito vocarem, sicuti alias notum est, & alia vocabula & rem ipsam, & rem pro ipsa re notare, ut in **דַּוָּן** patet, deinde totus contextus suadet omnino vocem eam esse explicandam per opus speciale.

5. Imo hæc significatio expresse in Scriptura sacra continetur. Nam Hoseæ 12. conceptis verbis dicitur **לֹא יִמְצְאוּ לִי עֵינַי** **וְלֹא נִדְּמוּ יְרֵכָה** ubi **וַי** nihil aliud esse arbitror, quam rem &c. Ex quo confectarium est, omnino non **וַי** in Scriptura sacra venire pro negotio, & in specie, in loco supra allegato legis. Ne autem videar, opus habere, hinc inde congestis locis, cum unus idoneus sufficiat, tantum

tantum allegabo Genesin in quo de opere Hamorrhorum agitur. Quam explicationem etiam non repudiare videntur Iudaei, quamvis in voce **עון** mecum non conveniant, dicunt enim, quod ita tulerint Aharon & filij eius iniquitatem Sanctuarii, cum illi ut Sacerdotes, peregrinos facile polluere valentes locum sanctum, non monuerunt, nec arcuerunt, sicut id patet ex commentario super locum hunc, & Aben Ezra & R. Salomonis. Verum modum illum procedendi vanum & irritum esse extra totum contextum probat etiam vox **עון כהנה** &c. Concludimus ergo, Ferre iniquitatem sanctuarii in loco supra allegato nihil aliud esse, quam ministrare in sanctuario.

6. Dehinc recta progredimur ad **יעץ** de quo dicimus quod significet *scientem fecit vel erudit.* Forma hac vera esse notatur primò exinde, quia omnes descendentes voces optimè cum ea forma quadrant. Deinde etiam, quia ut generalis forma in Scriptura sacra occurrit. Sic in Psalm: **איעצה** *ego oculo meo te erudiam* seu scire faciam i. e. Scire te faciam presentia mea, presentissimus ego tibi adero, & quibus habes opus te instruam. Hinc præcedit **לך ואורך** prudentem te faciam & docebo te viam, quam ibis.

7. Ex hoc loco nescio quis non palpet formæ meæ, quam modo dedi veritatem. Et si aliis præter spem videtur ille locus dubius, assumo ex Psalmis alium, cum ita dicit Messias **אבכך יהוה אשר איעצני**. Laudabo Dominum, qui me scientem fecit. Et quod hic locus agat de scientiæ communicatione, seu de scientia quam impertivit Dominus Jehovah suo Messia, inter alia docet etiã posterius incisum **אף ללית יסרוני כליותי** i. e. Nam & de nocte intimum meum me erudit, Quid est intimum in hoc Psalmo decimo sexto. Resp. ipsa plenitudo divinitatis habitans in Christo servatore nostro. Nam recte illa dicitur **כלות המשיח** quia per illam perficiebatur,

8. Ut ita dubium de hac forma nullum videam, quòd jure suo remanere posset, cum expresse in Scriptura sacra occurrat, præsertim, si ultimo allegem verba Bileam, nam ita alloquitur Balak: Et nunc, ecce ego vado ad populum meum; veni **איעצך** i. e. ego scire te faciam, tibi annuntiabo quid facturus est populus iste populo

us in posteritate dierum. Ubi sane non aliud significare potest
commodè, quam scientem reddere, imò annunciare.

9. Magis autem illud corroboratur, cum in consideratione si-
gnificationum materialium, deprehendemus, eas omnes cum mo-
do data forma convenire. Nam significat in materialibus decre-
vit, quia, qui decernit, & se ipsum scire facit rem futuram. Decre-
tum enim post cernere antecedens, ut ita loquar, quomodo hæc vel
illa res sit instituenda, recte sit & dicitur decretum. Econtra de-
cretum & decernere etiam dicitur respectu alterius, pro quo vel
contra quem decernimus & ita doceretur, quia scire facimus ex ef-
fectu aliam quid nos decreverimus, vel contra ipsum, vel pro ipso
sciamus. Et hoc confirmant satis multa loca Scripturæ sacræ:
Ut cum dicitur Jhovah decrevit, quis faciet irritum &c. Ideo, quia
Syrus contra te decrevit malum &c. cum forma supra data recte
concordant. Sic dicitur in Esaia נְרִיב נְרִיב נְרִיב Sponta-
neus Spontaneitates decernit. Hohe deut/wie da die Christen seyn/
haben hohe Anschläge vnd Gedanken vnd Schluss/darüber sie auch
halten. Nam Christianus נְרִיב cum se scire facit firmiter suam
prærogativam, quæ gaudet præ diabolis & præ Regibus gentium. Et
quamvis decernere hoc quandoq; veniat pro stulto decreto, quod
destituitur sapientiâ, tamen recte cum forma semel proposita qua-
drat, ut sano cuius constat.

10. Significat etiam in materialibus consultare & Consilium
dare. Quia, qui consilium dat, scire facit alium suos conceptus.
Hinc Achitopel dicitur נְרִיב consiliarius, quia ille suam senten-
tiam Regi debebat de casibus occurrentibus, quæ etiam præstitit
Regi Absolom, exponere;

11. Sedulo autem est dispiciendum, quando נְרִיב significat in ma-
terialibus decrevit, quando consultavit & consilium dedit. Con-
textus autem semper ita est affectus, ut facile distinguat has signi-
ficationes.

12. Et si quæ sunt aliæ, ut revera sunt, significationes materia-
les, omnes illæ aptissime ad communem, quam proposui formam
redigi & possunt & debent. In nominibus eadem est ratio formæ.
Hoc tantum hic obiter noto, quod Consilarii terræ ptopriè non
sunt

sint Consiliarii, pro ut nōs ea voce in lingua latina utimur, sed sēpē Duces & Reges terræ. Unde Job dicit עם מלכִים ויועֲזִי ארֶץ cum Regibus & Ducibus terræ: Quā autem id fiat ratione, satis pater. Quare in hoc proluxior non ero, sed pro conclusionē hujus radicis dico, quod עצה vox ea quam exprimerē solēmus per consilium, sēpē soleat venire pro prudentiā & scientiā rerum.

13. Tertium locum in hac disputatione occupet vox נגיד /cujus formale dico in ferendo ad quoddam, & ita significabit tulit ad alium vel alii.

14. Forma hæc num expresse in Scriptura sacra contineatur, non immeritō disquiritur. Et puto maxime occurrere, & quidem in Psalmo 19, ubi sic scriptum legimus והשמים מספרים ככֹּדֵד אל ומעשה ידיו מגד הרקיע i. e. Cæli enarrant gloriam Dei, & expansum fert ad alios opus manuum ejus. Dicas, cur non vertam ita; Et expansum annunciat opus manuum ejus. Resp. Possem ita satis recte voces Hebraicas vertere, at quod hic idem non fecerim primo obstat, quod incumbat interpreti, ut primo sumat voces in significatione superiori, cum autem deprehendamus annunciare non esse primam, quia omnino postposui. Secundo, cum vis auxilios alias recte consistere non posset, ut ordinem phrasum, in Scriptura sacra callentibus notum est. Et quia tantum importat vox נגיד / ita non per modum consequentis, sed oppositi dicitur in Psalmo alio: Cæli ferunt ad alium, id est, annunciarunt gloriam ejus, ut viderint omnes gentes gloriam ejus. Imò clariora sunt quæ omitto.

15. In materialibus significat annunciare, quia qui aliquid annunciat ille, quod annunciat, fert ad alium. Sic Esaias dicit וזוֹת קִשָּׁה הַגִּיד לִי / nisi potius & hunc locum ipsam formam rectius continere dicamus. Amos 4, dicitur Deus noster, Formans montes, creans Spiritum, & מַגִּיד id est annuncians homini cogitationes suas. Sed de hac significatione, cum plena sit ipsa tota sacra scriptura, parum sumus solliciti, & ideo digredimur ad descendentiā.

16. Quorum est primum נגיד significans Principem, Ducem & quaritur quomodo cum forma conveniat. Resp. Quia נגיד est talis persona, in quam collata est autoritas totius populi, & ita ad ferre in alium conspicitur in voce נגיד/ e contra נגיד, qui & illa sua fert ad populum, at hoc non dico ratione formæ. Nam respectu ejus dicitur Dux, Princeps, Rex, quia in eum est collata autoritas, sive id fiat à Deo, sive à populo.

17. Hoc nomine venit Messias noster in Propheta Daniele. Et scito & perpende ab egressu verbi seu mandati ad restaurandum & ad reedificandum usq; ad Messiam DUCEM sunt septimana septem. In cujus egregii vaticinii explicatione, qui non recte observat accentus, & particularum significationes, facile labi potest. In eodem loco Romanus Imperator vel Dux ille, qui contra Jerusalem veniebat dicitur נגיד quia in illum translata erat omnis potestas & autoritas à populo.

18. Parum autem interest respectu formæ sive Princeps vel Dux sit excellens vel non, nam in Proverbiis legimus נגיד חסר תבונה quia ita in indignum conferri posse donum intelligitur.

19. Arbitror autem, quod si voce Hebraica eleganter vellem exprimere *Rem excellentem*, commodissimum vocabulum sumi ab hac radice, sicuti legimus Proverb. 8. v. 6. Audite, quia loquar נגיד i. e. res excellentes & gravissimas proferam, Ich wil reden von Sachen die was auff sich haben; Quia principale recte dicitur נגיד/ quia res principalissima est ea, in quam collata sunt omnia, & quia fert secum omnia. Ude non pro vili argumento haberi potest hoc vocabulum in Capite 8. pro astringenda sententia, filium Dei ibidem loqui, quamvis apodixeos & firmæ probationis nomen minime mereatur.

20. Difficillimum autem videri solet in hoc scrutinio, quomodo particula cum forma conveniant. Hinc etiam hic quomodo נגיד particula significans coram è regione &c. cum supra à me data forma quadret. Dico ergo optime convenire hanc particulam cum forma, nam coram quo sum, ad eum quasi sum latus. Sic dicitur in lege: Suspende ipsos Domino נגיד השם coram sole i. e. ita suspende eos, ut facies ipsorum sit versa, & ita quasi lata ad solem i. e. publice. In Exodo dicitur: Coram populo tuo faciam mirabilia

mirabilia i. e. Ita exeram robur meum, ut istius effectus feratur ad populum tuum, Ex quo exemplo satis perspicue monstro meam sententiam & applicandi rationem. Imò eadem facilitate hæc capi possunt ex Esaia Capite sexagesimo primo כו כארץ תוציא צמחה וכגנה זרועיה הצמיה כן ארני יהיה יצמיה צדקה יתא ut feratur id, de quo dicitur in textu ad gentes.

21. Ex quibus & similibus exemplis nemini potest obscurum esse quam clara & manifesta sit in hac particula reductionis ratio. Unde ex hoc loco lubens abirem, cum plures voces ab hac radice non descendere noverim, nisi dum aliam radicem cogito subjungere incidat caput nonum Zachariae, in quo ימגור clarissime à me propositam formam exhibet. Nam ita scriptum est גם את ברם בריתך שלחתי אסורוך מבו און מביס Etiam per ipsissimum sanguinem fœderis tui ego vinctos tuos solvo ex fovea, in qua non est aqua : statim sequitur Revertimini ergo ad munitione אסירי התקיה etiam diem adducentem duplum ego reducam tibi &c.

22. His jam prælibatis accingo me ad radicem ראהujus forma consistit in *experiendo*. Hinc in Psalmo decimo sexto dicitur לא תהן חסידך לראות שחת. Non dabis misericordiam à te affectum experiri corruptionem. Hujus generis sunt verba Bileami לא הכיט און בועקוב ולא ראה עמל בישראל Imò similes phrasæ ut *experiri bonum* totam Scripturam implent quasi. Inter quas non ultimum locum occupat Psalmus, quæ quanta & quam ardua contineat videndi genera, doctis non potest esse ignotum, sicut etiam demonstravi illud in Disputatione publica Hebraica super prædictum Psalmum.

23. In materialibus significat videre, quia qui aliquid videt, oculis experitur, imò etiam transfertur ad alia, ut in lectione Scripturæ sacræ deprehendimus. Quæ omnia partim immediate, partim mediate ad formam referuntur. Ita significat *prospicere* sibi, eligere, sicuti scriptum est : Prospiciat sibi Pharao de viro prudente. Ita dicit Abraham ad Isaacum אלהים יראה לו Dominus curabit sibi pecus : Super quæ verba Rabbi Salomo ita commentatur כלומר יראה ויביר לו השעה ואם אין שה לעולה בני ואף על פי שהכין יצחק שהוא הגלוי להשיט וילכו שניהם יחדיו מלכ טרה

כלבשוח. Aben Ezra autem contra hunc statuit, & potat Isaacum nescivisse patris intentionem ex verbis אלהים יראה Postquam enim quosdam refutarat, qui Isaac adscribunt in tempore proposita mastrationis triginta septem, alios, qui quinq; ei dant, & suam sententiam de tredecim annis adscripserat, dicit, quod pater ejus occultaverit hoc ab oculis ejus, rationem dans, quia si hoc scivisset Isaac, procul dubio aufugisset.

24. Significatio autem hæc, quæ est prospiciendi mediante רץ videre, cum forma quadrat.

25. Et ut brevitati studeam, omnes difficultates, quas in materialibus verbalibus prævideo, reservo discursui publico, utpote *dijudicare, certare*, & quæ sunt alia, quæ mediantibus certis particulis in significatione variare solent. Sic etiam, quid sit *videre tonitrua* in Exodo. Pergo jam ad nomina, & de iis omnibus & singulis itidem dico, quod optimè cum forma quadrat e. g. רצה videns, Propheta dicitur ab hac radice, quia experitur Dei consilia hominibus manifestanda. De quo multa forent dicenda, sed ut chartam & tempus redimamus, ad alia, & quidem ad ea, quæ difficilius videntur posse applicari, nos accingimus. רצה significat stercus. Cum formâ quadrat, quia est *invisum*, & ita mediante *videre* concordat cum forma quod, quomodo in hoc scrutinio sæpius fiat, in præcedentibus disputationibus apodicticè proposuimus. Hinc dicitur in Nahum. *Ego projiciam super te abominabiles res, ut te fatere faciam, imo ponam te ut stercus*; i. e. ego reddam te invisum, ut quilibet te fugiat, sicuti solet aliquis, cum foetidissimum stercus oculis objicitur: Hinc enim statim sequitur. *Et omnes videntes te, fugient à te. Non dicam hic de alia ratione, quare stercus dicatur רצה quia illud nihil aliud est, quam discretum & dijudicatum, imò non expertum id, quod alimenta, à quibus in corpore animalis discernitur, experiuntur, quæ converti dicuntur ab aliis in carnem & sanguinem. Sed simpliciter, quod fieri debebat supra, dicam, ipsam etiam radicem significare in materialibus despicere, unde quid in hoc puncto dicendum sit, quivis videt. Nam in Canticorum Salomonis libro dicitur אל הרצה Nolite despicere me nigram, nam sol me aspiciendo ita denigravit sic Job 41. v. 25. את כל גבה רצה Omne sublime despicit, quod non tantum ita*

ita juxta Rabbi David Kimchium, sed multo magis juxta ipsam veritatem explico Psal. 22. v. 18. **המה יביטו וראו בי**, sed in illo loco magis significatio ejus juxta meam sententiam est *aspicere in volaptate*, quamvis idem Kimchius contrarium statuatur. Et ex hac significatione *despiciendi* &c. non tantum sterco in prædicto libro, sed & **לאוה** in Ezechiele.

26. Vox **רבע** formaliter significat *Incubuit, aecubuit*. De variis rebus tam materialibus, quam præternaturalibus in Lege Moïsis usurpatur. Quæ, ut ad alia pergam, omitto. Descendentes voces etiam facile ad datam formam reducuntur. Unum tantum videtur non carere difficultate: Quomodo vox *Quatuor* cum incubuit conveniat: Respondeo optimè. Nam numerus quaternarius est primus incumbens, ita ut par cubet supra pare. Primus enim numerus par est, binarius, super hoc incumbit quaternarius, & ita dicitur ab incumbendo, cujus ratione, quid aliàs in aliquot locis Scripturæ ex hoc principio dici debeat, hic taceo.

27. Vox **פחז** formaliter suum habet in *præcipitantia* & *levitate*. Sicuti solent aquæ, præsertim in locis præcipitibus, cum impetu dilabi. Forma hæc expresse continetur in Capite Gen. 49. ubi Jacob filium suum natu majorem ita alloquitur **פחזכמים לא תוותר** Tu *levi* & *præcipitans* homo ut aqua, non eris supremus. Nam vocat hic pater filium suum **פחז** quia incogitanter & leviter quasi irruerat in stratum Jacobi, quando cum ipsius uxore concumbebat. Cujus rei gratia spoliabatur primogenitura, regno, & Sacerdotib. Primogenitura dabatur Josepho, Regnum Iudæ Sacerdotium autem Levi.

28. Cum autem in hunc locum inciderim obiter explico **עלה** in eodem versu occurrens, & dico **אז חלרת יצועי עליה** Tunc tu, qui ascendit stratum meum, profanasti, id quod scio ex accentuatione vocis **חלרת** quia *tiphcha* in alio sensu non debuisset occupare, nisi vocem **יצועי** quod cum jam non fiat, aliter fuit etiam loquendum. Modus autem iste dicendi alias frequentissimè occurrit, sicuti in Esaiâ de sterili, quæ ad gaudium invitatur, & alibi sæpe. Hic autem non statuas ellipsin, quamvis enim ea videatur esse ob reductionem sanctæ linguæ in latinam, nullatenus tamen est in ipsa lingua

lingua sancta, quippe ex cuius positu **וְשָׁן** semper sese vel expresse vel latenter exhibet.

29 Reliqua, quæ sub hac radice continentur probè cum forma quadrant. In Propheta Zephania, Prophetæ dicuntur **פְּחוּזִים** leichtfertige Lehrer/ die da zuplachen mit ihrem Dreln/ da sie nichts verstehen / auch sie der Herr nicht gelehret hat. In libro Judicum Abimelech mercede conduxit **וְפְחוּזִים וְרָקִים אֲנָשִׁים** viros leves löse Buben/verwogene Schelm/ die sich im bösen nicht lange bedencken.

30. Et ita videmus, quomodo omnia, quæ descendunt rectè cum forma ipsa conveniant.

31. Sequatur jam radix **נָחַת** cuius formale est *cessavit esse ita vel ita*. Forma hac exprimitur in oratione tertia Esaiana **וְבַעוּר עֵפְרַיִם שֵׁשִׁים וְחָמֵשׁ שָׁנָה וְחָתָה אֲפָרִים מֵעַם** Ephraim cessabit esse populus. Non gaudebit amplius in te populus, quod etiam factum esse tristis docuit eventus. Dubium Chronologicum, & quon odo poena Syrorum & hic includatur, demonstravi alibi in commentario meo super orationem tertiam Esaiæ. In Malachia de Levi dicitur, hoc est de eo, qui primus ex mandato divino per Mosen Sacerdotioungebatur, ut Aharon, Eleazer, Pinchas, quod **נָחַת** contritus fuerit à nomine Domini i.e. quod timuerit Deum, id est ratione formæ, cessavit esse, quem iubebat natura in consideratione autoritatis & præcepti Divini.

32. Hinc rectè intelligitur, quomodo *frangere, conterere* & alia significationes materiales, cum supra data forma conveniant. Et dulces sunt huius formæ considerationes cum in materialibus ad res ipsas rectè applicantur, quod chartarum angustia, ut ego idem faciam, non permittit. Unicum ex Esaiæ pro conclusione subnecto: *Elevate oculos vestros in cælum, & respicite deorsum in terram. Nam Cæli sicut fumus transibunt, & terra ceu vestimentum veteranæ, & habitatores ejus subito moriuntur. At salus mea in perpetuum manet, & iustitia mea **וְיִצְחָק** non cessabit esse.* Ex qua oppositione non leve sententiæ meæ fulcrum supponitur, quamvis alias etiam ipsa res pro se loquatur. Nam qui consternatur, cessat quasi esse ille qui erat & ipso quo consternatur, unde Germanorum: *Nicht bey sich selbst bleiben.*

33. כלא formaliter significat *cohibuit*, & in multis Scripturae locis expresse continetur. Ecclesiast. Cap. 8. dicit און ארם שליט ברוח לכלוא הרורח. Materiales significationes, utpote *prohibendi*, *continendi*, *metuendi* &c. rectissime cum semel data forma concordant. Hag. I v. 10. Propterea propter vos clausum est cœlum, ut non roret, & terra ut non ferat proventum suum, Ubi cœlum clausum dicitur, quia cohibet rorem. Der Himmel helt den Thau an sich. Sic Die Erde helt ihre gewöhnliches Vermögen an sich. In Esaia dicitur. Dicens ad Septentrionem, dato, & ad Meridiem nolito cohibere. Halt meine Kinder nicht an dir / sondern gib sie hervor. Et puto Græcorum ἐπέλω non male respondere Hebræorum כלא. Sicut enim inter alia vox ἐπέλω significat obsto, quamvis non simpliciter nisi in reductione certa in linguam Latinam, ita *prohibere* etiam recte dicitur cohibere, quia ille qui interdicit, con-habet, ut ita loquar simul & supra habet suum mandatum cum actione. Sic Josua dicit: Domine Moses prohibe illos i.e. obsta fac stet apud ipsorum factum tuum interdictum. Et alia sunt materiales significationes, quarum applicationem studio reticeo. Unum tantum ex Daniele assumo, ubi dicitur quod intra septimanas septuaginta certum quid debeat fieri. Inter alia dicitur לכלוא פשע ad cohibendam prævaricationem vel rebellionem de cujus sensu melius judicari non poterit, quam si auxesim in Prophetis usitatam recte præsupponamus.

34. Nomen hinc descendens כלא carcerem significat, & ita quadrat cum forma, quia carcer cohibitorium est &c. Sed hæc sunt facilia. Quare quaero, cur כלא dicatur mixtum ex variis speciebus; Et ita quomodo hoc cum forma cohibendi quadret. Dico ergo vestis ex lana & lino semen diversæ speciei dicitur כלא quia con-habetur lana cum lino in veste illa Judais interdicta, hordeum & siligo con-habent sese in uno agro. Et ita ut vides rectissime cum forma supra data concordant omnia.

35. כלא senium est. כמה cum Mappik desiderandi gaudet significatione, להג פרשכו בשי meditationem inducens semel tantum occurrit in Scriptura.

36. תוך formaliter significat *medium* Hæc significatio centies & ul-

& ultra occurrat in Scriptura sacra aliud autem est דול quod dolum notat, quia illud à דול descendit, quamvis si certum esset à דול descendere significationem doli, quod suadere videtur, expressum etiam non incommode ad formam דול reduci posset.

37. כתר Formale hujus consistit in insigniendo. Insonderheit aufsetzen und merken. Sic dicitur Jeremiae secundo כתר ענין לפני Iniquitas tua signata est coram me. Deine Sünde ist so geschrieben / daß man sie nicht mit ander Materien mag außlöschten. Hinc descendit כתר quod significat rem insignitam, electam & pretiosam. Tali titulo venit Psalmus decimus sextus, qui vere continet res pretiosissimas. Cum in eo non tantum de unione naturarum, de causa, cur meritum Christi non ipso actu omnes ad aeternam vitam ducat; De eo quod Christus in diebus carnis suae non obtulerit Sacrificia expiatoria sicut reliqui Judaei &c. Sed & de morte & resurrectione & sessione ad dexteram agatur. Unde merito dicitur כתר Deinde significat Clinodium item aurum, quia hoc est metallum insignitum & praeter reliquis electum, quod omnes quaerere solent. Ex quo fundamento in Esaia dicitur: Ego cariorum faciam hominem quam Cetem Ophir id est selectissimum & pretiosissimum aurum, & hoc dicit Spiritus S. cum raritatem vult notare in Babiloniis.

38. Continuet jam disputationem hanc vox דול / cujus formale dico esse in praescindendo, sicut scriptum est Levitici 25. v. 3. & 4. Item Esa. 5. v. 6. Ex hac significatione formali descendit vox דול, significans falces amputatorias, sicut scriptum est Esaiae secundo: Indicabit &c. ut contendant gladios suos in vomeres, & hastas suas דול in falces amputatorias. Quod tum demum impletum esse intelligo, quando Gentiles fiebant Judaei. Haec enim pax concernit oppositionem Judaeorum & gentilium, quae in novo Testamento terminis utrumque purificatis esse cessavit. Et alia cum hac forma recte quadrant.

39. In materialibus significationibus significat cecinit, quia cantus nihil aliud est, quam præcisio vocis, ubi aliquis non mugit vel grunit vel rudit vel clamat vel vociferatur, sed artificialiter canit, & verba in alterius laudem componit, sicuti scriptum est Psalm. 9. 18. 59. 6. & in aliis multis, ut inter alia in Psalmo centesimo trigesimo octavo. *Laudabo te ex toto corde meo, coram magnatibus te compositis verbis celebrabo, tibi cantabo.* Elohim autem in loco sunt homines magni, qui à judicando dicuntur, sicut forma *אֱלֹהִים* id expresse innuit. Hinc descendens vox significans rem laude dignam ut dicitur in Genesi. Accipite *זמרת הארץ* de iis quæ in hac terra deprædicantur. Sic *זמרת* Canticum vel res laude & deprædicatione digna est in Germania robur Imperii, constantia Germana, cum propriè ita dictos Germanos sumo. In summa omne illud, quo solet terra tam quoad fructus, quam quoad alias res præ reliquis excellere, dicitur *זמרת הארץ*.

40. Duò loca videntur autem in Scriptura sub hac voce dubia, alter in Ezechiele, alter in Esaia, de quibus etiam paucissimis aliquid agam. Locus Esaiianus ita sonat *זמרת ערצים יענה* Queritur num hic *זמרת* sit palmes ex significatione formali, vel Canticum ex significatione materiali. Respondetur ex regula rustica, propositum dicentis non est mutandum, legamus ergo contextum *כחורב בציון שאון זרים הכנוע חורב בצל עב זמרת ערצים יענה* Hac verba ita verto: *Tu tumultum peregrinorum humiliabis totaliter, sicut siccitas in terra arida.* Nam quæ in terra arida ubi aqua multa est præ siti semel & depressus in terram, non assurgit de novo, sed succumbet, jam audiatur subsequens iaculum *זמרת ערצים יענה* astus in umbra nubis palmitem Tyrannorum languefaciet. Quomodo hic & in præcedenti versu distinguatur diabolus à gentibus, quomodo Christiani describantur tu victores Satana & gentes ut convertendæ ad regnum Messia non ad me, mihi sufficiat scire *זמרת* hic significare palmitem, unde Lutherus *Den Neben der Tyrannen verderben.* Egregius sane locus, sed de eo agere, nondum est mihi integrum.

41. Alter

41. Alter locus in Ezechiele Cap. 8. v. 17. שלחם את הזמורה ר. אפי. Quid hic זמורה R. Crepitus ventris, qui à præscindendo dicitur. Scribæ hunc locum depravarunt, & pro אפי in textu posuerunt אפם/ adeo ut sensus sit, ponunt crepitum ventris ad nasum suum, cum debebat scribi ad nasum meum. Nam Deus hic loquitur de se, & dicit, quod crepitum ventris mittant ad nasum suum i.e. Dei. Nam omnes abominationes communes nihil aliud sunt, quàm foetor in naribus divinis, ut ita loquar. Num autem hæc mutatio scribarum sit licite in textum illata, non dicam, sed decuisset ipsos in margine notare; talem audaciam video etiã extra alia loca scriptura in Malachia. De his agunt & Kimchius & Rabb. Salomo ille ut notet correctionem Scribarum, hic ut det rationem, quomodo crepitus ventris queat reduci ad formale. Ita autem extra ea dicit Kimchius למה הם מקטרם בביתו ושולחיו/ למה הם מקטרם אלא אל אפי/ מלכד הבזיון שעושים לי שמחזירין אתוריהם אל היכלי. הזמורה/ פירוש ריח רע והוא על דרך כנוי לקטרט שהיו מקטרין והוא עמוש מלמטה לפיכך יזי מיתין בתתא לאפוהון ותרגם בטת בחתתא והוא מקום הכשת: אפם/ רוצה לומר אפי אלא שכנת הכהוב והוא אתר

Rabbi Salomo in commentario suo super prædest: והנה שולחים אל חוטמם את ריח רע של זמרה שהם מזמרים ברוח היוצא כפי טבעת כלומר בושתם זה אל פיהם ישוב ומנחם פירש והנה שולחים את הזמורה אל אפם ענין דופי וקלון הוא לפורשו השורה דיה מקרת/ וכעס קרבנם וניהוחם לטלאכת דופי נקבים ואחוריהם אל היכל יהוה וורה על הענין:

42. In Masora autem textuali ita legimus אל אפם חרמניח מליון תיקון סופרים וסימ/ נמסה ברוש ספר במדבר סיני Quas cum in eas obiter occasione hujus vocis incidere his subnectam, ut lectori de iis constet. Sic Masora תיקון מליון תיקון סופרים וסימ/ ואברהם עורנו עומר לפני יהוה/ ואל אראה ברעתו

וְאִכְלֵהֶם בְּשָׂרָם / בְּעֵינֵי אִשְׁרֵי יָדֵעֵתוֹ כִּי מִקֵּץ הַיָּמִים
 כִּנּוּ / אֲדוֹלֵי יִרְאֵת יְהוָה כְּעוֹנֵי אִישׁ לְאֵהָלוֹ יִשְׂרָאֵל / וְהֵנָּה
 שׁוֹלְחִים אֶת הַזְּמוּרָה אֶל אִפְסוֹ / אַחֲרֵי קִדְשֵׁי וְלֹא נִמְרָה
 וְאִמְדַתָּם הֵנָּה מִתְלַאֲהוּ וְהִפְכַתְּם אֹתָם / כִּי הִנּוּעַ בְּחֵם כִּנּוּעַ
 כִּבְבַת עֵינָיו / וְעַמִּי הַמִּיר כִּבְדָה / וְאֵהִי עָלַי לְמִשְׁאֵ / כִּבְדוֹם
 בְּקִלְוֹ אִמְרֵי / וְיִרְשָׁעוּ אֶת אֵיבֹב וְתִשׁוּחַ עָלָיו נִפְשֵׁי / וְיִמְרוּ אֶת
 כִּבְדוֹם כִּתְבֵנִית שׁוֹרֵ / אֱלוֹ יָת דְּבָרִים תּוֹקוֹן סִפְרוֹנֵ
 וְקִדְוִקִיָּהוּ מִשִׁכְּרִים

43. At de his correctionibus scribarum, num ipsi licuerit corrigere textum, & num correxerint, & num recte correxerint, & numne vetustissima scriptio sit optima, & ex quibus rationibus hæc illi Scribarum correctioni anteferenda, dicam Deo volente in Disputatione speciali alia, ubi ex professo omnia loca illa examinabo.

44. Cum ergo jam de Masora egerim, adjiciam etiam vocem **למסר** cujus formale est *tradidit*. Num. trigesimo primo bis hæc forma expressa est. vers. 5. **למסר מעל** v. 16. **למסר מעל** / **למסר מעל ביהוה על דבר פעור** De quo ultimo placet quædam dicere, quidnam sit; Tradere pravagationem contra Dominum, videlicet esse offendiculum aliis. Nam ut de tota historia, ut eo melius phrasis intelligatur quædam obiter spargam, notum est, Mosen ablegasse Duces cum exercitu contra Midianitas, in qua expeditione quinque Reges Midianitarum, Evi, Rekem, Zur, Chur, Rhabah occiderunt. Item trucidarunt tunc Bileamum filium Boor. Duces autem hi captivas ducebant uxores; Quod cum Moses videbat, graviter increpabat eos & dicebat: Vos ne in vita conservastis uxores, illæ ipsæ fuerunt filiis Israel consilio Bileami **למסר מעל ביהוה על דבר פעור** / quando subsequeretur magna plaga. Ubi obiter noto, quod Bileam, sicuti id ex hoc loco colligitur, suasor fuerit Regi Balak, ut: ad castra Israelitarum mitteret formosissimas mulieres, quæ Judæos ad libidinem & Idololatriam incitarent, quod consilium etiam satis prospero eventu executus est Rex Moab, ut ex Numer. 25. colligere licet. Imo idem docet nos Apocalypsis Johannis, ubi ita dicitur *ἀλλ' ἔγω καὶ ἄρα εἰς ὀλίγον*

A a

67

ἐπ' ἔχεις ἐκεῖ κερὰ ἰσχυρὰς τὴν διδασχὴν βαλααμ, οὗ ἐπισημασθέντος
βαλαὰμ βαλαῖν σκάνδαλον, ἐνώπιον τῶν υἱῶν Ἰσραὴλ, φαζὸν
εἶδω λόγῳ καὶ πρηνόσση. Adeo ut jam dubitandi nulla merito
superesse queat ansa, aperte enim hic docetur כַּד כִּכְרָל idem esse
quod tradere praevaricationem.

45. Talia consilia solent esse optima, & tanti viri prudentia mu-
dana digna, quibus etiam diabolus uti solet, ut & alii Duces exerci-
tus quando suo hosti inopinata bona obijcentes maximè nocere
possunt.

46. Ultimam radicem constituat nobis כִּשׁוֹן ejus formale
dico esse mansit. Jos. 20. dicitur de eo, qui casu proximum suum
occiderat, quod debeat fugere ad locum certum in quo debeat ma-
nere usq; ad mortem summi Sacerdotis. In libro Samuelis dicitur
de Samuele, quod debeat manere in Siloh in perpetuum. Et alia
clariora eandem formam verificant.

47. Materiales significationes ut *habitare, sedere* &c. quomodo
cum forma convenient nimis clarum est. Unde hic obiter de federe
in folio brevibus quaedam propono. Hoc sedere in folio tribuitur
in primis cum de DEO dicitur filio Dei, ut cum dicitur in Psalmo 47.
Regnavit Deus super gentes, Deus ille Judex sedet super solum san-
ctitatis suae. Qui locus ut ex contextu pater agit de Messia, cui so-
lium æternum adscribitur, & illud SEDERE nihil aliud esse autu-
mo, quam permanere in occupato folio. Unde in Esaiâ, cum de
puero nato dicitur, quod absolute dominetur, & ita imperium ejus
non sit in humero alieno sed in suo, & nomina quibus & quorum
effectus, gaudere constat illum puerum exponuntur, dicitur. Ut
multipliciter dominatus, & pax ejus non finem habeat, super folio
Davidis & super regno ejus, ad constituendum illud, & ad stabilien-
dum in iudicio & in iusticia ex hoc & usq; in seculum. Ubi cum de
folio agatur sedere non tam habitare, quam permanere est. Nec
obstat quod hoc folium dicatur folium Davidis, quia quatenus fi-
lio Davidis, vi promissionis Christo illud folium occupandum com-
petebat, & ideo non erubescat vocari Davidis filius, cujus erat Domi-
nus imo ipse David. Et censeo alternari in illo folio vocem Ihovah

capit

homo è contra ex Davidis femine dicitur federe in folio Ihovah, si-
cutilegimus 1. Chronic. 29. v. 23. *Et sedebat Salomo super folio Iho-
vab, quia erat Rex loco Davidi patris sui, & prospere agebat.* Ubi fo-
lium Davidis puto vocari folium Ihovah, quia illi reges typi erant
Messiæ sedentis in folio, ut esset Rex super Jhudah & Jerusalem. Ut-
ut autem hic obtineat illa alternatio, contrarium tamen fieri multi di-
cerent, cum nullus Rex Jhudah & Jerusalem dicatur Rex super mon-
te Zion, quod soli DEO competere deprehendimus, cum loca Scri-
pturæ id probantia deficere videmus. Quod si verum sit, clare di-
stinguere voluit Spiritus sanctus, inter regnum & regnum. Sicut
enim Zion vox generalior est, quam Jerusalem & Jhudah, & magis
respicit Ecclesiam, ita meritò, cum Ecclesia præter Christum, nullum
Dominum & Regem agnoscat, soli Deo Regnum & solium super
montem Zion tribuitur, sicut id etiam ex accurata inspectione Psal-
mi secundi patet.

48. Et ex hoc formali permanendi, recte concludo, quòd sessio
ad dexteram DEI nihil aliud sit, quam qua Christus manet perpetuo
in Majestate omnipotentissimæ dignitatis, adeo, ut cum DEXTE-
RA DEI magis tendat ad objectum, vi formæ, recte dicam quòd
illi sedere ad dexteram sit actuale Dominium super omnes creatu-
ras, quando præsentissime & potentissime omnia gubernat. Nec e-
nim cura de sessione ad dexteram Philologice disputamus colligendæ
sunt similes locutiones ex Scriptura ubi sedere ad dexteram parum
involvere videtur: Quia prius recte judicandum est de formali signi-
ficatione vocis *dextera*, deinde de formali significatione vocis *federe*.


Et tum demum applicetur modus dicendi & distinguatur inter
dexteram DEI & dexteram hominis, inter federe DEI
& federe hominis & res erit manifeste facilis.

COROL.

COROLLARIA
Ad supplendum spatium.

1. Num si evinceretur in Scriptura sacra esse Tikkun Sophrim, exinde sequeretur corruptio textus sacri? Negatur,
2. An samuch primæ vocis totius scripturæ Veteris Testamenti demonstrari debeat exposito vocum, vel ex ministerio sensus accentuum, vel ex positu particulæ Vav: vel ex connexionem positus temporum, R. Ex singulis quamvis modo diverso,
3. An ratio cur Spiritus sanctus in V. T. tempora mutasse videatur, debeat interpreti Scripturæ sacre esse cognita, R. Maxime & tenetur simul imitari posse artificium illud mutationis temporis illius Grammaticalis, ita ut tamen non sit mutatio sensualis.





sta, quippe ex cuius positu ΨN semper sese vel expresse
er exhibet.

liqua, quæ sub hac radice continentur probè cum forma
In Propheta Zephania, Prophetæ dicuntur פרוזים
ge Lehrer/ die da zuplaken mit ihrem Dreteln/ da sie niches
/ auch sie der Herr nicht gelehret hat. In libro Judicum
h mercede conduxit אנשים ופחזים viros leves
en/verwogene Scheln/ die sich im bösen nicht lange beden-

ita videmus, quomodo omnia, quæ descendunt rectè
na ipsa convenient.

quatur jam radix Ψ male est cessavit esse ita
orma hac exprimi Ψ tia Esajana: ובעור

ngauddebit am cessabit esse po
uit eventus m factum esse
m & hic odo poe
r oratio nario
st de

pr
incre
iones ma
nt hujus form
ectè applicantur

non permittit. Unica
ate oculos vestros in celum.

sicut fumus transibunt, & ter
cores ejus subito moriuntur. At sa
tia mea לא ירחה non cessabit esse.

sententia mea fulcrum supponitur, quamvis alias etiam
to se loquatur. Nam qui consternatur, cessat quasi esse ille
& ipso quo consternatur, unde Germanorum: Nicht bey
n bleiben.

ad
dem
subne
a terram.
veteraneu
perpetuum ma
qua oppositio

33. כלה

Copyright 4/1999 YxyMaster GmbH www.yxymaster.com

Copyright 4/1999 YxyMaster GmbH www.yxymaster.com

Copyright 4/1999 YxyMaster GmbH www.yxymaster.com

Copyright 4/1999 YxyMaster GmbH www.yxymaster.com

Copyright 4/1999 YxyMaster GmbH www.yxymaster.com

Copyright 4/1999 YxyMaster GmbH www.yxymaster.com

Copyright 4/1999 YxyMaster GmbH www.yxymaster.com

Copyright 4/1999 YxyMaster GmbH www.yxymaster.com